



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

Placentius, Jean-Leo

Antverpiæ, 1529

Quadragesimus Antistes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30477

inhabitatū reliquerunt, & in Richefontē secesserunt, cuius loci præconiū Sebastianus quidā heremita celeberrimū exhibuerat. Consecrata est etiam ecclesia diui Leonardi apud Hoñum, & sacella aliquot passim constructa, Christiano ritu nuncupata sunt.

*De p[ro]p[ri]o d[omi]ni p[ro]p[ri]o
i. tuorum d[omi]ni
ut h[ic] p[ro]p[ri]a
t[er]ra[m] am[er]it
G[ra]m[ma]t[ica] h[ic] f[er]e
h[ic] q[ui] p[ro]p[ri]a*

¶ Quadragesimus Antistes.

Henicus frater comitis Gelrię, vix tādē impellente Petro, Pont. Max. legato, electus est, adolescens ad militiā verius, q̄ ad ecclesię gubernaculū educatus. Neq̄ enim in Episcopū consecratus est, nisi quū cōpellebatur Ceterū luxu perditissimus, filias ciuiū deperit, & tantisper insecutus est: donec prece vel precio aut etiam vi opprimeret, crimen profecto nō dicā christiano Episcopo, sed etiā homīe indignū Vnde gnatos ex stupro natos supra viginti habebat. Porro anno salutis Millesimo ducentesimo, septuagesimo quarto, quō romanus Pontifex in Sarracenos exercitū conflaret. Henric⁹ pariter cum Leodinis, Hoñanis, Tungaris atq̄ diōnensibus aduolauit, sed clam apud Vrbanum quartū accusatus, in concilio Lugdunensi destitutus est. Pręfuit annis viginti septē, & adhuc superstes, tres post se vidit Episcopos, quos singulos bello incessere ausus est. Interfectus est autē prope Francimontū ab Oderico de pratis equite

*h[ic] p[ro]p[ri]a p[ro]p[ri]a
v[er]o p[ro]p[ri]a
h[ic] p[ro]p[ri]a*

an. 1274

aurato, anno salutis millesimo ducetesimo octu-
agesimo quarto, sepultus Ruremundæ. Prælia
quæ fortiter excitauit, varia sunt. Primū aduersus
Remensem archiepiscopū, copias produxit
sed ignobiliter reuocare coactus est. Deinde in
Aquenses irruit, quos ex decreto Ponti. Maxi.
Gulielmū Hollandiæ comitem, recentē in Ale-
manniæ regem electū suscipere in ciuitatem su-
am cōpulit. Præterea nondum in sacris constitu-
tus, quum seditio esset inter clerū & ciues Leo-
denses, sua præcipitatione perturbauit omnia.
Clientulus enim cuiusdā canonici diuæ crucis
ciuem leserat: in quem magistratus animadu-
erit. Vnde canonici suas immunitates violari ar-
bitrantes, priuilegiū ab Henrico Imperatore cō-
cessum allegabāt: quo ipsimet suam familiā cor-
rigere volebant. Interea ciues apud Gulielmum
Alemanniæ regē satagebāt, vt id reuocaret, quæ-
re Canonici illos seditionis futores reputabant,
& ecclesiastico interdicto submittebant. Quod
non ante cessabat: donec nudis pedibus veniam
præcarentur, & autoritate cleri duo burgimagi-
stri instituerentur. Quos vt compertū est nimi-
um clero fauere, Scabini rursus desciuerunt, &
hac a Leodio decesserūt: dum illac Canonici di-
ui Lamberti abscessissent. Serpsit hæc proteruia
Honnū vsq; qui se Leodinis ciuibus admiscētes

Comes Holla-
ndiæ
non

Propter
magis
dicitur
pro aliquo

Tumule
apud Leo-
dium.

K

Dionenses & Trudonenses secū pertraxerūt, ut
 multo discrimine res patrię starent, & cede atq;
 rapina vtrinq; se afficerent. Tunc Antistes neo
 gotio canonicorū se ingerens, quū singulas ciui
 tates absq; autoritate, Burgimagistros instituis
 se audiuisset; in villanos arma arripuit. Et inter
 cedente comite Gelrensi fratre suo, Paulisper ab
 incursione sibi temperans: demū pacem etiā in
 fregit, donec Petrus Legatus, vtrāq; partem cō
 posuisset. Sed tertio insaniētib; Leodinis, An
 tistes ad Ducem Brabantię confugit, & assigna
 tis ei ditionibus, Machliniā, Hugardiam atq; Ba
 uentiam spontane cōtulit. Sicq; ducis adiutorio
 & comitis Lossen. & Gelren. atq; Iuliacensis co
 pñs fretus, Trudonensem agrū incurfauit. Cui
 occurrentes Trudonenses, pacem inierunt, de
 inde etiam in Varenniā properans, Burgimagi
 stros proscripsit, & breui sic Leodinos deterruit
 vt illū pacatis rebus in Leodiū admitterent, qui
 cū in montem Vualburgi arcē potentissimā cō
 stitueret, ab Archiepiscopo Coloniensi impellē
 tibus Leodñs consecratur in Antistitē & Abba
 tē Monasterij Stabulani. Floruit sub apostolicis
 viris Innocentio quinto, Alexādro quarto, Vr
 bano. 4. Clemēte. 4. & Gregorio. io. Imperan
 tib; Vvilhelmo & Ricardo. Floruit sanctissima
 Iuliana, q̄ oraculo quodā dū inclusa esset, festū

3
 69
 3.

Antistes
 in patriā
 Leodiensē
 incur
 sat.

Initū R. h. v.
 corponi c. h. h.

venerabilis sacramēti post Pēthecosten celebrā-
dum, collegio diui Martini, proposuit, quod ab
Vrbano quarto mirifice dilatātū est in vniuerso
orbe terrarum perpetuo celebrari.

1274.

¶ Quadragesimus primus Antistes

Ioannes Anginus Tornacensis Ep̄s, franco-
regis nepos & doctor Theologus, olimq; ab-
bas Stabulanus, formosus & mansuetus, in Lug-
dunensi cōsilio, subrogatus est anno salutis 1274
Cui Rodolphus rex Romanorū impēse fauens
condonationes aliorū Ep̄orū indulgit: & priuile-
gia nō immodica cōcessit. Verū in fata se indige-
na incidit, & ob vnū bouem quē suffurat⁹ erat
Ballinus Cōdrosius, tres viros nobiles castri bel-
li fortis letaliter inimicos habuit. Quib⁹ impul-
soribus statim Lymburgēses cennacū obsiderūt
& ignib⁹ cōcremarūt, & Brabatię dux ac cōmes
Flādrensis atq; Namurcēsis, totā terrā Leodino-
rū populati sunt, & Messam incēderūt. Post q̄
Antistes anno administrationis septimo, ab Hē-
rico nuper ab Episcopali munere destituto, per-
sequut⁹, cū capt⁹ in equū alligat⁹ fuisset, subito
delapsus in terrā, exanimis iacuit, Cumq; diu ad
portā monasterij Helichenij delituisse: & in hu-
gardiā iuxta conditū ad consiliū Magnatū pro-
peraret: corpore obesus vix respirare potuit, ibi
in byrrum Pontificiū caput reclinans, animā ex-

K ij